



## Universitätsbibliothek Paderborn

### V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi  
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum  
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina  
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Tractatus De Moribus, Amore,  
Servitio Æternæ Sapientiæ

**Družbicki, Kaspar**

**Ingolstadii, 1732**

**VD18 90066375**

Cap. I. Æterna Sapientia est Increata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45408**

*de Moribus.*

## CAPUT I.

*Eterna Sapientia est Increata.*

**E**terna Sapientia JESUS Christus Deus de Deo, Lumen de lumine, Increatus, Candor lucis Increatae, Consustancialis Paternae Substantiae, Filius, Imago, Verbum, Principium, de Principio carente principio; Semper parturitur, semper nascitur, nunquam fit. Semper natus & nascens, semper alius ab eo ex quo nascitur, sed non aliud. Filius Patris, sed Pater non minor, non junior, non inferior. Ab ipso est, sed nihilominus idem cum ipso. Unicus & Unigenitus facunditatem Deitatis in se uno aquans, non exhaustiens. Patris vita, cor, oculus, speculum, forma, domus, sphæra sine circumferentiali superficie, latibulum DEI, radix, vigor, succus, nutrimentum, dignitas, thronus, quies, sapor, & gustus, negotium, deliciae, theatrum. Comprincipium sui Principii: cum Pater siquidem eadem spiratione eudem spirat Spiritum Sanctum, Amorem, nexumque suum cum Patre; alium à se, & Patre.

O Sapientia æterna, increata, creans omnia, adoro te Creatura tua, & te propter Divinam dignitatem tuam & stimo super omnia.

## CAPUT II.

*Eterna Sapientia est Incarnata.*

**E**terna Sapientia, JESUS Christus, Deus, & in formâ DEI existens, atque permanens Homo factus est, ex purissimo Pretiosissime